

[25] ^a*Allii tituli*: „Nota: actor sequitur forum rei“ BrA; „De iudiciis“ OA, KO, TA, MKE, Bt
rubr. cum titulo: „De eis qui sibi iudicium iniuste usurpant“ UA
^b*Cf.* X 2, 2, 1-20; *Quaestiunculae*, nr. 51; *Cancellaria Arn.*, III. Commissiones 12 (327-328);
Mogunt. p. 184^{ab} in 3 summarisi idem sub codice titulo.

[26] *De fide instrumentorum*^a I

Cum ex eo quod plerique rudes et ignari per se prothocollab^b facere nescientes et alii se notarios publicos mentientes, confidere instrumenta presumunt ex quibus plurima incommoda et pericula oriuntur, quibus nos obviare volentes prohibemus ne pro notario publico quisquam se gerat vel quevis instrumenta conficiar^c antequam de creatione sua loci diecesano vel eius officiali fecerit plenam fidem. Contrarium faciens excommunicationis sententiam incidit et instrumenta per eum confecta sint irrita ipso facto.

[26] ^a*Allii tituli*: „De officio notariorum“ OA, TA, MKE, „De publicis notariis“ BrA, BrB, KB
prothocolla UU, UR ^cUA, UB, UC, UE et alii
^d*Cf.* X 2, 22, 216; *Mogunt. om. hoc statuum; Cancellaria Arn.*, XXIV Diversa: 66 (556);
VI Processus, 6 (44). Cf. E. ORT, *Beiträge zur Rezeptionsgeschichte des röm. canon. Prozesses in böhm. Ländern*, Leipzig 1879, p. 77-84.

[27] *De appellationibus*^a I

Iuris beneficio appellans nonnumquam abutitur qui revocatione per appellationis iudicem attemptatorum post sententiam obtenta contentus, de iustitia forsitan principialis cause dubitans, appellationem suam prosequi pretermittit. Ut igitur parti appellanti et honori iudicis a quo appellavit provideatur de remedio opportuno, presenti constitutione statuimus quod si appellans ipse, iusto impedimento cessante suam appellationem non prosequeatur, ex tunc iudex ipse a quo appellavit eum in pristinas reducat sententias quoque iudicatis pareat vel appellationem suam debite prosequeatur.

[27] ^a*Allii tituli*: „De appellationibus tertius casus in quo quis sententiam incidit ipso facto per istas constitutiones“ UR; „Quod appellans suam appellationem prosequi tenetur“ BrA
^b*Cf.* X 2, 28 2-73; c. 1-12 in V^e 2, 15; c. 1-7 Clem 2, 12; *Mogunt.* p. 183^b idem sub codem titulo.

[28] *De vita et honestate clericorum*^a

Dolenter referimus quod multorum est adeo reprehensibilis vita clericorum ut ipsi per exempli perniciem mores non instruant sed destruant potius laicorum. Quapropter universi clericci mores et vitam reformatum in melius et ea que ad

ipsorum statum et honestatem pertinent cum magna cautela custodian, nec solum a malo sed etiam ab omni mali specie se prudenter studeant cohieren, continenter et caste vivant, a crapula et ebrietate abstineant, que sunt libidinis incentiva. Et etiam quando convivia preparant, que rara sint clericis, sex cibariorum seu ferculorum numerum non excedant. Tabernas non visitent et arma non portent nisi propter necessitatem et viarum pericula in itinere constituti.² Officia vel commercia secularia³ et presentim carnificum seu macellariorum aut tabernariorum prorsus evitent. Nam clericci, si huiusmodi carnificum aut tabernariorum officium personaliter et publice exerceant et cum hoc deferant habitum clericalem et per diocesanum tertio moniti ab huiusmodi officiis non destiterint vel desistent vel postea reassumunt, in rebus propriis clericorum immunitate non gaudeant. Si vero cum hoc abiiciunt habitum clericalem etiam quoad personas perdunt privilegium clericale.⁴ Decet etiam ut clericci coronam seu tonsuram clericalem, patentibus auribus, cum habitu deferant clericali.⁵ Et quicumque clericus publice virgata vel partita veste utetur nisi rationabilis causa subesset, si beneficiatus extiterit per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum que obtinet, est ipso facto suspensus. Si vero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus infra sacerdotium constitutus, per idem tempus redditur eo ipso inhabilis ad beneficium ecclesiasticum obtainendum. Et idem est de aliis clericis qui nec beneficiati sunt nec in sacris ordinibus, vestem talam simul et tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero vel personatum seu beneficium aliud obtinens cui cura imminet animarum nec non ceteri in sacerdotio constituti ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere, si preterquam ex causa rationabili publice vestem ferant huiusmodi sunt eo ipso beneficiati a perceptione fructuum beneficiorum que obtinent suspensi per annum; ceteri vero sacerdotes et religiosi quilibet per idem tempus annuale redduntur inhabiles ad quecumque beneficia ecclesiastica obtainenda. Clerici insuper maxime beneficiati caligis scacatis rubeis ac viridibus uti non debent^f nec ioculatores se faciant et si per annum vel post triannam monitionem artem illam ignominiosam exerceant, eo ipso privati sunt omni privilegio clericali.⁶ Alearum et taxillorum ludos fugiant, corearum, torneamentorum et hastiludiorum et aliis publicis spectaculis non intersint.⁷ Clausuram monasteriorum monialium absque causa rationabili et manifesta et sine superioris licentia ingredi non presument.⁸ Clericos qui vagi communiter nuncupantur in dominibus suis non recolligant nec eis aliquod munus parvum vel magnum tribuant. Ecclesiam cathedralem vel collegiatam in qua quis beneficiatus existit infra divinum officium sine religione non intrent. Presbyteri parochialium ecclesiarum campanatores literatos seu clericos, non laicos uxoratos habeant, qui cum eis cantare et legere

non ignorant et cum divinum officium celebrant vel fidelibus ecclesiastica sacramenta ministrant eterque presbyter et campanarius superpelliceis desuper sint induiti. Insuper nullus presbyterorum sine ministro missam audeat celebrare.

[28] Cf. X 3, 1, 1–16; c. 1 in VI^o 3, 1; c. 1–2 Clem 3, 1; Mogunt, p. 185^b–188^a sub eadem inscrip. cum aliquibus auditamentis longioribus, sicut de clericis vagabundis [s. d. Eberhardinis], dc quibus agitur in 3 summaritis et dc sacerdotibus Eucharistiam ad infirmos deferentibus 2 Cf. X 3, 1, 15 3Cf. Quæstiunculae, nn. 128, 129 4Cf. c. 1 Clem 3, 1 5Cf. c. 2 Clem 3, 1 6Cf. X 3, 1, f. c. 1 Clem 3, 1; in VI^o 3, 1 7Cf. X 3, 1, 15 et Quæstiunculae, nr. 263 8Cf. X 3, 1, 8; vide etiam ad hanc materiam Cancellaria Arn., II Monitiones 9 (310–311), Commissiones 7 (324), 28 (433), 32 (346), 36 (350), 53.

[29] De cohabitatione clericorum et mulierum¹

Quamvis fornicationis crimen inter cetera crimina sit detestabilis clericis utpote quia inter ceteras virtutes principaliter carnis continentiam profitentur, multi tamen clerici sue salutis et professionis immemores, non solum temptationibus victi desideria carnis perficiunt sed etiam temptationem preveniunt, dum ne frustra temptentur in dominibus propriis vel vicinis, paratas ad malum fornicarias nutriunt^a mulieres. Ne igitur crimen ipsum videamur per tollerantiam approbare, omnes clericos qui de cetero in dominibus suis suspectas mulieres vel etiam extradomum in sua procuratione publice detinent concubinas, si sint beneficiati beneficiorum suis privandos, si vero non habent beneficia ab executione ordinum per suos superiores fore decrevimus perpetuo suspendendos^c quos demum eorum malitia exigente ipsi superioribus carcerum penitentia vel de suis diecessibus eliciant et expellant, si nec sic curaverint suam vitam emendare. Archidiaconos autem locorum, qui clericos sui archidiaconatus et plebanos, qui vicinos sive socios hac labore respersos scient tolerant, tamquam pro concubinatu proprio volumus condempnari.⁴ Licet autem clericus per fornicationis crimen vel alio mortali qualibet quoad se ipsum sit suspensus, non tamen debet ab aliis in divinis officiis evitari nisi crimen ipsum sit notorium per sententiam seu per confessionem factam in iure aut evidentiam rei que tergiversatione^d aliqua celari non possit.⁵ Notorium etiam concubinarium dicimus per canones ab ocio nedum quoad se verum etiam quoad alios suspensum, qua suspensione durante, si divinis se ingreditur sicut prius, irregularitatis notam incurrit a qua nisi per Summum Pontificem poterit liberari.^e⁶

[29] ^aHic sequitur OE – vide adnot. apud c. 2 ^bfinit KS et om usque ad c. 36 donec satisfaciat taliter dampnum passo ^cHic incipit denuo MKA (vide c. 14) ^dAdnotatio in margine: Tergiversator oris i. e. in varia partes se vortere et accipere animum quasi huic illucque ventre. Unde hic tergiversator oris i. c. deceptor versipollis, quia animum quasi tergum huic et illuc vertat, ne qualis sit intelligatur et hoc

[29] ^aInscriptio solum in registro; alii tituli: „De prebendis et dignitatibus“ UO et alii; „De beneficio et cura animarum“ BrB; „De occupatoribus iniustis beneficiorum“ KB ^bc. 18 in VI^o 3, 4 ad verbum ^cMogunt om. hoc statutum.

tergiversio i. c. deceptio et hic et deo tergiversibilis i. c. deceptionis habiliis ad decipiendum, MKB ^cet absolvit add BrB, MKD

¹Vide tabell. mss. adhib. alii tituli: „De concubinariis“ BrB, „De fornicariis“ MKE; „De notorio cohabitatore et pena ipsorum“ KO; cf. X 3, 2, 1–10; Cancellaria Arnensis, III. Commissiones 53 (364), Dispensat. IV 9, 10 (377); 19 (383); 32 (391) ²Cf. X 3, 2, 2–4 ³In registro tit.: „De plebanis qui vicarios concubinarios fovent“ ⁴Denuo in registro inserit: Presbiter in mortali peccato existens excommunicatus est ⁵Cf. X 3, 2, 7 et X 3, 2, 10 ⁶Cf. X 3, 3, 1.

[30] De clericis non residentibus in beneficiis¹

Si parochialis ecclesie rector vel alius quisvis clericus a beneficio^a suo quod obtinet sine sui superioris licentia se presumptserit absentare, eodem beneficio per superioriem suum est privandus quacumque contraria consuetudine non obstante, cum de iure communi quodlibet beneficium^b requirat residentiam personalem.

[30] ^aofficio WB; ^b curatum add BrA et aliqui alii; ^c corporalem WA, UK
[Cf. X 3, 4, 6 ss; Mogunt, p. 190^a sub codem titulo in 2 summaris: in primo agitur de codem sicut Arnestus, in secundo de probabilitate tenere beneficium curatum et simul aliud in collegio nisi ex gratia episcopi retinere permittatur; cf. Cancellaria Arnesti, I. Citationes 1–15 (292–304), Commissiones III, 48 (360–361).

[31] De hiis, qui beneficia occupant violenter¹

Eum qui beneficium cui cura imminent animarum vi occupat seu se scienter intrudit in eo, decrevimus ipso iure privatum beneficio quod cum cura simili primitus obtinebat. Non enim decet, ut stultus melioris quam peritus conditionis existat vel quod invasor eo qui iuste ingreditur privilegio gaudeat potiori. Insuper ut violenti qui auctoritate vel verius temeritate propria occupare dignitates, personatus aut alia quacumque beneficia ecclesiastica non verentur, et si non virtutis amore, pene saltem formidine a sue temeritatis audacia refrentur, eo ipso ius si quod in dignitatibus, personatibus et beneficiis occupatis taliter vel ad ea ipsis forsitan competebat, amittant.

[31] ^aInscriptio solum in registro; alii tituli: „De prebendis et dignitatibus“ UO et alii; „De beneficio et cura animarum“ BrB; „De occupatoribus iniustis beneficiorum“ KB ^bc. 18 in VI^o 3, 4 ad verbum ^cMogunt om. hoc statutum.

[32] De institutionibus¹

Statuimus quod persona ecclesiastica quecumque, regularis aut secularis, in dignitate, personatu, officio seu ecclesiastico beneficio quocumque non

[74] *De sortilegiis*^a

Parochiales presbyteri plebes suas frequenter informant ut sciant sortilegas artes et incantationes sub prolatione quorundam verborum vel scriptura characterum quibuslibet infirmatibus hominum seu animalium nichil posse conferre remedii vel sterilitati agrorum vel arborum seu tempestati tonitruum vel grandinum provide et eis sub excommunicationis pena precipient quod a sortilegiis et superstitionibus quibuscumque abstineant nec sortilegos consulant vel ad domos suas recipiant sed quod ipsi plebano tales denuntiant ut turpiter de honestati efficiantur de plebibus ne per eos simplicium conscientie polluantur.

[74] ^a*Alii tituli: „De incantatoribus“ M&C, „De incantatricibus“ VBA
Cf. X 5, 21, 1–3; Quæstiunculae, nn. 14, 44, 124, 164–168, 253; Mogunt, p. 216^b idem sub codem tit.*

[75] *De clero excommunicato vel interdicto vel irregulari celebrante*¹

Is qui celebrat maiori excommunicatione ligatus aut cui est ingressus ecclesie interdictus, si in ea se divinis ingrat celebrando vel concelebrando in suo agens officio sicut prius et ille, qui scienter celebrat in loco supposito interdicto irregularitatem incurrit a qua nequit per alium nisi per Romanum Pontificem liberari. Talis etiam cui est ingressus ecclesie interdictus, si interdicto huiusmodi durante decedat, non debet sicut et communicatus excommunicatione maiori in ecclesia vel cimiterio ecclesiastico sepeliri. Ille vero qui scienter celebrat presentem excommunicatione maiori est ingressus ecclesie interdictus et si hoc interdicto durante celebra irregularis ecclitur, ab ea tantum per Summum Pontificem est liberandus. Qui autem sic irregularis in contemptum clavium divinae presumposuit prophanare, beneficiis suis privetur perpetuo et nichilominus subiciatur penitentie carcerali.

[75] ^a*In margine adnot. alia manu: „Tempore interdicti sacerdos nequaquam missam celebret neque concubet nequa omnia que ad executionem ordinum pertinent, sed diligenter se in omnibus circuncipiat ne irregularis fiat ab officiis sui nichil faciat, exceptis tribus, scil. dare hominibus sacramentum Corporis Christi, X 5, 39, 57, confessionem et baptismum. Recurre ad Summam Martiani, inter secundum, ibi invenies de ista materia. Item ibidem X 4, 1, 11. Item de Corpore Christi X 5, 38, 11.
Cf. X 5, 27, 1–10; Quæstiunculae, nn. 51–53, 95^c; Mogunt, p. 216^b idem de codem.*

[76] *De iniuriis et dampno doto*¹

Si culpa tua alicui factum est dampnum vel iniuria irrogata seu aliis irrogantibus auxilium prebui aut hec imperita tua seu negligitia evenierunt, de iure super

his satisfacere te oportet; nec ignorantia te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere vel iacturam. Quod si animalia tua alicui nocuerint tu ad satisfactionem teneris nisi eadem animalia dando passis dampnum velis liberare te ipsum, quod tamen ad liberationem tuam non proficeret, si fera animalia vel que naturaliter consueverunt nocere dato quod domestica fuissent et licet^a debueras non curasti diligentiam adhibere. Sane licet ille, qui occasionem dampni dat, dampnum videtur dedisse, secus tamen est in illo dicendum, qui ne dampnum accideret de contingentibus nil obmisit.^b

[76] ^aquantum UB, UD, UK et al.; et quam OE, KC et al. bX 5, 26, 9 ad verbum
Cf. Quæstiunculae, nn. 38; Mogunt, p. 217^b et 218^a sub codem titulo sed de alia materia.

[77] *Vacat [De rancore]*¹

Et si iniuriam passus secundum christianitatis legem iniuranti rancorem ex corde, gratis pro Deo dimittere teneatur, satisfactionem tamen pro eadem coram competenti iudice potest petere, dimissione rancoris huiusmodi non obstante.²

[77] ^a*Alii tituli: „De dimissione iniurie“ OB, „De patientibus iniuriam“ M&C
Mogunt om. hoc caput materiamque 2Cf. Quæstiunculae, nr. 93.*

[78] *De penitentiis et remissionibus*¹

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis^a pervenerit omnia sua solus peccata saltem semel in anno confiteatur fideliter proprio sacerdoti,^b in iunctam sibi penitentiam pro viribus studeat adimplere, susciptiens reverenter ad minus in Paschæ eucharistie sacramentum,² nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum; aliquoquin et vivens ab ingressu ecclesie arceatur et moriens christiana caret sepultura.^d Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ex ignorantie cecitate velamine excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, liecentiam^f prius postulet et oblineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit solvere vel ligare. Sacerdos autem sit discretus et cautus ut more periti medici superinfundat vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris confitentis, non alterius, circumstantias et peccati per circumlocutiones cautas, maxime circa inusitata peccata, quibus prudenter intelligat, quale ei debeat prebere consilium et remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum egrotum.^g Nam si peccator dicat se non posse vel nolle in futurum ab aliquibus peccatis mortalibus abstinere, dato quod

predictum in sua ecclesia vel cimiterio presumpserint sepelire, ad restitutionem tam sepulti corporis, si petatur, quam etiam omnium que occasione sepulture illius pervenerint quomodolibet ad eosdem infra decem dierum integraliter faciendam obligantur. Quam nisi fecerint, ecclesia ipsa apud quam sepultus fuerit nec non ipsius cimiterium, ex tunc eo ipso sunt et tamdiu manebunt ecclesiastico supposita interdicto donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium predictorum.

[41] *Allii tituli*: „De codem qui inducent ad electionem“ *MKE* ^bc. I in *V^o 3*, 12 ad verbum ‘cetera sec. sensum ex codem capite’ Inscriptio solum in registro – in texu rubrica; *Mogunt* om. hoc statutum; cf. *Quae*stiu*nulae*, nr. 171.

[42] *[De his, qui debent in ecclesia sepeliri]*^a 1

Plebanus ecclesie vel ipsius vices gerens, si preter licentiam sui episcopi vel ipsius in spiritualibus vicarii defunctum intra parochialem ecclesiam presumpserit sepelire in penam unius sexagene grossorum pragensium ad fabricam cathedralis ecclesie applicandam incidat ipso facto. Et nichilominus per episcopum subiiciatur penitentie graviori, nisi is qui est sepultus fuisset presbyter vel patronus ecclesie aut alius ipsius ecclesie notabilis benefactor.

[42] ^aVide tabell. mss. adhib.; alii tituli: „Ne laici in ecclesia sepellantur“ *BrB*; „Dc pena plebanorum sine licentia sepellantum“ *PR*, *P2*
^b*Mogunt* om. hoc statutum.

[43] *De parochiis*^a 1

Dominicis et aliis festis diebus presbyteri parochiarum antequam missam celebrent plebem interrogent, si alterius parochianus sit in ecclesia qui proprio contemptu plebano ibi missam vult audire. Quem si invenerint, de ecclesia eiificant sine mora.^b Nullus presbyter parochianum alterius sine proprii sacerdotis licentia, nisi in mortis periculo constitutum, ad confessionem recipiat, cum eum absolvere nequeat vel ligare neque ei ministret aliud ecclesiasticum sacramentum.²

[43] *Allii tituli*: „De parochiis et parochianis“ *KL*; „De parochianis“ *MkC* ^bX 3, 19, 2 ad verbum *Mogunt*, p. 197^b et 198^a idem sed in forma longiori *Quae*stiu*nulae*, nr. I ad verbum citata.

[44] *De statu monachorum*¹

Precipimus ut abbates, prepositi, priores monachorum^a et canonicorum regularium, neconon abbatisse, magistre et priorisse monialium tam in seipsis

quam in subditis prout ad cuiuscumque spectat officium, vitam et conversationem exhibeant, ac habitum deferant regularem, se ipsos ac suos subditos ab hiis precipue que ipsorum professioni obviant et ordinis honestati non congruent, puta circa exquisitum ornatum vel notabilem excessum in vestibus, cibis et potibus, equitaturis et lecterniis ac similibus superfluitatibus^b seu taxillorum, alearum et sachorum ludis ac chorearum lascivii totaliter cohibentes iuxta dispositionem sue regule et sacrorum canonum instituta sollicite providentes quod nullus monachus vel canonicus regularis seu monialis nisi ratione administrationis seu officii possessiones, redditus vel aliud quidquam proprii habeat, quin imo illud quod cuilibet singulari persone ex suo labore vel artificio aut parentum seu amicorum largitione obvenit, superiorum manibus offeratur ut per ipsius providentiam circumspectam, emolumens huiusmodi communitatis vel singularium personarum necessitas subleyetur, apostatasque suos requirant et repeatant ac ipsos carcerum penis afficiant et voluntarie revertentes paternae suscipiant salva semper penitentia regulari.

[44] ^amonasteriorum *KA*, *WA*, *Gg*, *Z* ^bc 1 *Clem* 3, 10 ad verbum Cf. etiam *X 3*, 35, 1–8; *Mogunt*, p. 198^a–202^a sub codem titulo in 10^o summario agit de monachis, in 5^o et 10^o summario de eadem materia sicut Amestus.

[45] *De capellis monachorum*^a 1

Religiosi in ecclesiis ad ipsos etiam pleno iure spectantibus, rectores sui ordinis locare non audeant que alias sunt solite per seculares clericos gubernari. Nec episcopus potest ecclesiis parochiales vel certos redditus earumdem sine consensu sui capituli religiosorum usibus aplicare.

[45] ^aAllii titulus: „Ne religiosi regant“ *BrB*
Cf. *X 3*, 37, 1 et c. I in *VI^o 3*, 18; *Mogunt*, p. 202 ad idem sub codem tit.

[46] *De iure patronatus*^a 1

Volentes viam precludere ne quis per subreptionis astutiam preficiatur ecclesiis et ne ex institutionibus repentinis inter patronos, si qui lites sint, oriantur ex litibus fortiores, presenti decreto statutimus quod cum aliquis ad curatum beneficium per quenpiam clericum vel laicum fuerit presentatus, ordinarius loci seu is ad quem institutio spectat, per decanum loci vel vicinorem piebanum in ecclesia, ad quam fit presentatio, presente plebe ad hoc specialiter convocata, publice faciat proclamari. Quod si quis est qui velit docere de iure suo quod ad

ipsum solum vel cum alio seu aliis ius pertinet presentandi aut presentato aliquid obiicere quod eum reddat inhabilem ne possit ad idem beneficium promoveri, veniat infra certum et peremptorium terminum ad ipsius instituentis presentiam hoc facturus. Adiiciendo in proclamatione huiusmodi quod si infra talem terminum nullus compareat presentationi vel presentato se opponens, ex tunc ad institutionem presentati procedetur iuxta formam iuris. Institutio vero facta, non premissa proclamatione huiusmodi, sit irrita eo ipso.

[46] ^a*Alii tituli*: „De proclamatione“ BrB, „De crida sive proclamatione presentati“ KB; *Cancellaria Arnesti*, III. Commissiones; 41, 42, (357–359)
[Cf. X 3, 28, 1–3]; c. 1 in VI^o 3, 19; c. 1 *Clem* 3, 12; *Mogunt*, p. 202^b–203^a in 2 summ. sub codem tit. Sed de materia diversa.

[47] *Vacat* [De hiis, qui symoniaci putantur]^a!

Detestanda quorundam patronorum seu advocatorum cupiditas, in tantum sue potestatis metas excedit, quod cum aliqua beneficia ecclesiastica vacare contingit ad ipsos ius pertinet patronatus, nullam idoneitatem presentandarum personarum, sive ecclesiarum sive plebium utilitatem attendentes sed imitatores Yesi^b querunt clericos Simonis successores quo recepta prius ab eis certa summa pecunie sive cautione, de ipsa in posterum persolvenda aut promissione de remittendis sibi vel non repetendis ab eo decimis vel aliis ecclesie iuribus aut quod si eis quandocumque displicantur fecerint, ecclesiastis ipsas dimittere et litteras presentationis et institutionis sue ipsorum manibus tradere teneantur aut similibus passionibus premissis demum eos instituendos episcopo representant. Ne igitur huiusmodi execrabilis mercationis genus ius sibi vendicit de cetero contra canonicas sanctiones, hoc sacro approbante concilio diffinimus, quod patronus ecclesie, clericus vel laicus qui ex conventione vel pacto vel quolibet premissorum vel simili deprehensus fuerit, aliquem presentasse, eo ipso pro ipsa^c vacatione ius presentationis amittat et pro tunc beneficium huiusmodi per eum ad quem ipsius institutio pertinet, conferatur. Presentatus vero taliter non solum eadem beneficio sit privatus sed ipso facto reddatur inhabilis ad sacros ordines et ad alia quevis beneficia ecclesiastica obtinenda.^d

[47] ^a*Titulus in registro, alii tituli*: „De patronis“ UH, KN, Mch; „De symonia patronorum et pena episcoporum“ UL, UR; „De patronis et plebanis symoniacis“ WA ^bGiczi servus prophetac Eliisci (cf. 4 Reg., 4, 12, 14 ss. ct 8, 4, 5) ^cilla UN, UO, UP... et alli ^dA to zle pero yako add UE
¹*Mogunt* om. hanc materiam – vide adnot. apud c. 46; cf. *Cancellaria Arnesti*, XXIV. Diversa 29 (533), Dispens. IV. 1 (370–371), 2, 3 (372–373).

[48] *De consecratione ecclesie vel altaris*^a!

Si ecclesiam pollui humani sanguinis aut seminis effusione contingat, ipsius ecclesie cimiterium si contiguum sit eidem, censemur esse polutum et antequam reconcilietur per episcopum in ea non debent divina celebrari vel aliquis sepeliri.^b

[48] ^a*Alii tituli*: „De reconciliatione ecclesie“ BrB ^bc. I in VI^o 3, 21 ad verbum
[Cf. *Quiesciturculae*, nr. 254 ad verbum; *Mogunt*, p. 203^a sub codem titulo statuit solum: „Ecclesiam violatam nemo quam episcopus reconciliare poscit.“]

[49] *De celebratione missarum*^a!

In eadem ecclesia et eodem tempore duas missas sub nota celebrari districtius inhibemus, adiuentes quod nullus pro vivis mortuorum officium audeat facere septimum, tricesimum vel annuale.²

[49] Cf. X 3, 41, 1–14; *Mogunt*, p. 203^a sub codem tit. in 3 summaris; vide etiam J. K. Vyskočil, *Arnošt*, p. 597, n. 58.

[50] *Vacat rubrica* [Quod clericci ioculatores non habeant]^a!

Omnibus sacerdotibus in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena districtius inhibemus, ne die qua primam missam celebrant seu octo diebus immediate sequentibus per se vel per alium invitatum solempnem audent preparare. Salvo quod tunc certos clericos et seculares et religiosos paucas et tamen etiam sine solempnitate qualibet procurare poterunt, sic tamen quod ioculatores et histriones nullatenus admittantur.

[50] ^a*Titulus e registro, alii tituli*: „De novis sacerdotibus quod non habent convivia in primis missis“ UL, UR; „Primam missam celebrantibus“ MKE; „De prima missa“ MkC
¹*Mogunt*, p. 203^b in 3^o summario sub codem tit. idem.

[51] *Vacat* [De novis missis]^a!

Missarum etiam novarum officia quas sancta Romana et universalis non recepit seu instituit ecclesia penitus reprobamus. Historias novas, impnos et sequentias nisi in concilio provinciali aut in episcoporum synodis approbentur, in ecclesiis